



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. clxxxvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Ex cōcil.
apud S.
Medar-
dū pra-
sente Ca-
rolo impe-
ratore.
cap. 5.

STatuimus quoque secundum quod in lege dē-
mandauit, vt opera seruilia diebus dominicis non e-
gantur, sicut genitor meus in suis synodalibus edictis m-
dauit, quòd nec viri ruralia exerceant, nec in vinea colen-
da, nec in campis arando, vel metendo, vel fœnum secan-
do, vel sepeponendo: nec in siluis stirpando, vel arbor-
es cædere, vel in petris laborare, nec domos struere, nec
in horto laborare, nec ad placita conueniant, nec mercat-
us fiat, nec venationes exerceantur.

De eadem re. Cap. LXXXIII.

Ex eodē
concil.
cap. 6.

TRia carraria opera licet fieri in dominica die, id est
hostilitia carra, victualia, vel angaria: & si fortè ne-
cesse sit, corpus cuiuslibet duci ad sepulchrum.

Item de eadem re. Cap. LXXXIII.

Ex eodē,
cap. 7.

FOemina opera textilia non faciant in die domini-
ca, non capulent vestitus, non consuunt, vel lanam
carpant, non licet linum battere, aut vestimenta lauare,
nec verueces tondere, vt omnimodis honor & requies die
dominica persoluatur: sed ad Missarum solennia vndique
conueniant, & laudent Deum pro omnibus bonis, quae
nobis in illa die cōferre dignatus est.

Item de eadem re. Cap. LXXXV.

Ex eodē
cap. 8.

OMnes dies dominicas cum omni veneratione obser-
uare decreuimus, & ab illicito opere abstinere, &
vt mercatus in eis minimè sit, nec placitum vbi aliquis
mortē vel ad pœnam iudicetur, nec sacramenta iurentur
nisi ad pacem.

De eadem re. Cap. CLXXXVI.

Ex eodē
cap. 9.

VT mercatus die dominico in nullo loco habeatur.

De eadem re. Cap. LXXXVII.

Ex eodē,
cap. 10.

VT nullus episcoporum vel presbyterorum, vel cler-
icorum die dominico propositum cuiusq; causae ne-
gocium audeat vendicare, nisi hoc tantum, vt Deo statu-
ta solennia peragantur.